

4462

EPITOMES  
*Præceptorum*  
RHETORICÆ,  
*In usum*  
CLASSICORUM IN-  
FERIORUM EX INSTITU-  
TIONIBUS RHETORICIS  
COLLECTA

CONRADO DIETERICO,  
*Philosophie Moralis Professore, &*  
*Pedagogiarcha.*



CIBINII,

---

Excedebat STEPHANUS Jüngling.  
Anno M. DC. LXXI.

E P I T O M E S  
P R A E C E P T O R U M  
R H E T O R I C Æ  
L I B E R I.

C A P U T I.

gén pñ.  
Geo.



H E T O R I C A e s t a r s  
b e n ē d i c e n d i .

Caput II

à  
Tropus,  
verbo.

Tropi  
genera-  
les cano-  
nes.

πτ. χρι-  
ευαι  
αδυτοι.

2. Partes Rhetoricae, duæ sunt: Elocutio & Actio.
  1. ELOCUTIO est orationis exornatio.
  2. Elocutio est Tropus aut Figura.
  3. TROPUS est elocutio, quā verbum (vox) à naïiva significacione in aliam im- mutatur.

Tropi generales Canones hi sunt :

1. Omnis Tropus debet esse verecundus, ut deductus esse in alienum locum non irruisse, ut precariō, non vi venisse videatur.
2. Rei conveniens.
3. Delectans pluriūdine.
4. In Tropo consideranda 3. Generales Af- fectiones. 2. Distributio sive species.
5. Affectiones tropi generales tres sunt : 1. κατάχεσις, abusio. 2. ὑπερβολή, superlatio.
3. αλληγορία, continuatio tropi.
6. Κατάχεσις, est Tropus durior & in- equalior, ut : sperare pro timere. Aeneid. 4. Gladius vaginā vacuu, id est, nudus. Cic. orat. pro



pro Marcell. Fruges pubescunt, pro, germinant.

Catachresis est hic Canon:

Ut Catachresis aliquantulum molliatur & quasi corrigatur præmittenda est epiplexus, i.e. pres munitio sive castigatio quedam, cuius fere haec sunt formulæ: ut auctoris hujus verbis utar: ut in dicam: liceat mihi isto verbo uti: liceat ita loqui. Item, quasi velut, tanquam & similes, ut si in explebilem librorum heluonem quis diceret, paulò durius diceret. Sin vero, ut in dicam, adjecerit, mitius aliquando dixerit: ut, explebilis es librorum, ut ita dicam, helluo.

7. *Exagēsis* est, quā veritas superatur *Exagēsis*  
rei augendæ vel minuendæ gratiā. *Bānū*

8. Species ejus duæ sunt: *Aūfrosis* *exuperos*  
*Amplificatio* sive *exuperatio*; & *Mānōis* *excedo.*  
*extenuatio.* *ab* *Aūfros*

9. *Aūfrosis* est, quā veritas superatur *iac.*,  
rei augendæ gratiā; ut: *Scelus*, pro, scelerato. *incremē-*  
*Carcer*, pro, carcere digno. *Pestis*, pro, pestis= *tum acu-*  
*ro*. *Debacchari*, pro, convitari. It clamor cælo.  
*Volitare* cupiditate glorie. *Ocyor Euro*. *Tardis*  
or testudine.

10. *Mānōis Extenuatio* est, quā veritas superatur rei minuendæ & extenuendæ gratiā, ut: *vermis*, pro, homine. *Erratum*, pro, scelerato. *minuere*. *Stridor*, pro, voce. *severus*, pro, crudeli.

11. *Amphygia* est tropi ejusdem generis continuata & conjuncti repetitio, ut: *Ar. yogem*, *hor mala*, que fructus bonos non fert, exciditur *aliis ver-*  
*bis signis*.

**Epitomes Praeceptorum.**

**E**t in ignem consicitur. Matih. 3. Sine Cerere & Libero friget Venus. i. e. sine cibo & vino friget amor. Ter.

Allegoriz Canones sunt hi :

1. Allegoria non sit nimis crebra, nam satietatem parat. 2. In allegoria, ex quo genere rerum coepitis, eodem etiam desinas, secus inconsequentia foedissima fuerit. 3. Allegoriz Metaphorarum omnium sunt frequentissimæ.

1. Tropi sunt quatuor.

1. Metonymia. 2. Ironia.  
3. Metaphora. 4. Synecdoche.  
1. METONYMIA est tropus causæ ad effectum, subjecti ad adjunctum, & contra.

3. Metonymiæ species sunt quatuor : 1. Metonymia causæ pro effecto. 2. Effecti pro causa.  
3. Subjecti pro adjuncto. 4. Adjuncti pro subjecto: quæ vicissim modis suis distinguuntur.

4. Metonymia cause est, cum nomen causæ ponitur, & intelligitur effectum.

5. Esiq; duplex: vel efficientis vel materiæ.  
6. Metonymia efficientis est, cum efficiens ponitur pro effecto.

7. Ejusmodi præcipue duo sunt. I. Cum inventor & auctor ponitur pro ipsis rebus effectis & inventis, ut: Mars, pro bello. Ceres, pro frugibus. Vulcanus, pro igne. Bacchus, pro vino.

8. II. Cum scriptores ponuntur pro ipsis libris sive operibus scriptis, ut: Virgilium, pro libris à virgilio scriptis. Moysæ pro libris à Moysæ scriptis. Liviū, pro historia à Licio scripta.

Metony-

Caput  
III.

a

metœ  
trans, &  
œrœ, &  
nomen,  
quasi di-  
ceres  
transfor-  
minatio-  
nem

Metonymia materie est, cùm materia ponis  
cūr p̄o materiato (re ex materia confecta) ut:  
Æs pro æneis nummis. Corium, pro calceo. Fers  
rum, pro gladio.

Metonymia effecti est, cùm effectum ponitur Caput V.  
pro causa, ut: spes obscura dicitur, quia obscus  
ros efficie. Expectatio cœca, quia cœcos expes  
tantes reddit. Senectus tristis. Adolescentia lea  
ta. Mors pallida.

1. Metonymia subjecti est, cùm subjectum Caput VI.  
ponitur pro adjuncto, ut: Urbs, pro civibus.  
Mundus, pro hominibus in mundo habitantibus.

2. Modi ejus sunt tres,

3. Primus modus est, cùm I. continens po  
nitur pro re contenta, ut: Fœcundi calices,  
quem non fecere disertum! Calices, id est, vīnum  
in calicibus.

II. Cùm locus ponitur pro re locata. Idque  
bifariam. 3. Cùm locus pro ipsis incolis usu  
patur, ut: Urbs, pro urbanis civibus. Pagus  
pro rusticis. Hæfia, pro incolis Hæfiis. 2. Cùm  
locus pro actionibus in loco peractis accipitur,  
ut: Curia, pro actionibus in curia habitis. Acc  
ademia & schola, pro disputationibus & lectio  
nibus in schola habitis.

4. SECUNDUS modus est, cùm possessor  
ponitur pro re possessa, ut: Jam proximus ar  
æt Ucalegon, id est, domus Ucalegonis. Est apud  
me, id est, domi meæ. Sic homo dicitur devorari  
eius patrimonium devoratür.

5. Tertius modus est, cùm subjectum oc  
cupans ponitur p̄o adjuncto occupato, ut:

Imperator pro militibus. Sic dico, Imperator Romanus vicit 2000. Turcarum. Alexander viscit Darium. Scipio Cartbaginem, id est, exercitus vel ipsorum milites vicerunt.

**Deput 7.** 1. Metonymia adjuncti est, cum adjunctum ponitur pro subjecto, ut: sapientia, pro homine sapente.

2. Modi ejus sunt tres:

3. PRIMUS modus est, cum nomina rerum adjunctarum usurpantur pro personis, quibus adjuncti sunt. Cum scilicet nomina virtutum & viriorum ponuntur pro hominibus, qui virtutibus & vitiis praediti sunt, ut: justitia, pro homine justo. Temperantia, pro temperante. Crudelitas, pro crudeli. Avaritia, pro avaro.

4. SECUNDUS modus est, cum signum ponitur pro te signata, ut: Sceptrum Cæsaris, pro Cæsarea Majestate. Toga pro pace. Arma, pro bello. Pubes, pro juventute. Marital. Purpura te felix, te colit omnis bonus, id est, magistratus.

5 TERTIUS modus est, cum tempus ponitur pro rebus temporis subjectis, ut: Pessimus seculum, pro hominibus pessimis in seculo viventibus. O tempora, o mores, pro iis, qui in temporibus vivunt, & vitiis moribus praediti sunt.

**Caput 8.** ab agere 1. IRONIA est, tropus a contrario ad contrarium.

**ut dis-**  
**similati-**  
**one in**  
**loquen-**  
**to.** 2. Ironia alia oritur ex contrariis affirmantibus & relatis scilicet & adversis; alia ex negantibus; Contra dicentibus scilicet & privantibus.

Iron

3. Ironia ex relatis est, cùm relatum ponitur pro correlato, ut: cùm dicitur, Pater pro rāce filio. Servus, pro Domino. Obsequi, pro impe-  
rare. Dare, pro accipere.

4. Ironia ex adversis est, cùm adversum ponitur pro adverso, ut: si sumatur bonus, pro malo; benē vel male, pro male vel probē. Virtus, pro vitio. Adolescentia, pro vetula. Album, pro nigro. Heus bone vir curasti probē!

5. Ironia ex contradicentibus est, cùm contradicens ponitur pro contradicente, ut si pos-  
namus, Non dico, pro dico. Non agam, pro mes-  
simē agam.

Huc pertinet ἀπόφασις, negatio,  
cujus formulæ: non dicam, non agam, illis con-  
tra te non uar, &c.

6. Ironia ex privantibus est, cùm privatio  
ponitur pro habitu, & contra, ut: si videns pos-  
natur, pro cœco; cœcus, pro oculato. Pauper,  
pro divite. Dives, pro paupere.

Huc pertinet παράλεψις, sive præteri-  
tio cuius formulæ: Prætero, mitto, nceo, fileo, Caput  
relinquo, non memorabo & repetam illa: iabit  
querar de illis &c.

METAPHORA est, quando ex simili si-  
gnificatur simile, ut: incendi gloria cupidi.  
Ardere irā. Ganire. Latrare. Flumen ingenij.  
Omnia nunc rident, nunc formosissimus annus.

In Metaphora observandi seqq. Canones.

3. Omnis similitudo contracta est Metapho-  
ra. Vel: In omni Metaphora (translatione) φορά.  
est similitudo contracta.

2. Nihil sicut

igitur e-  
rit dissim-  
ulatio  
in oratione,

metaphorice  
transfor-  
mero, meta-  
phoricè  
loquor  
Hinc.

8. Epitomes Praeceptorum.

2. Nihil quicquam est in totâ rerum universitate, unde non possit defumi Metaphora. Praestantissimæ tamen sunt, quæ sumuntur à Deo & rebus cœlestibus, ut: Divina virtus, pro excellenti. Divinus vir, pro insigni, admirando & laudatissimo. Angelus, pro homine benè morato. Angelica puritas, pro summâ.

Vel 2. à sensibus, ut videre. ( à sensu oculorum) pro intelligere, murmur maris (ab auditu) dulcedo orationis (a gustatu) odorari, pro cognoscere (ab olfactu) mollis sermo, (a tactu.)

Vel 3. ab elementis, ut pura ab igne, ur, exardescere irâ: incendi cupiditate: extinguere incendium Reipublicæ.

Vel 4. ab æte, ut spirare minas. Tempes-  
tas bellî. Ventosus homo, pro levi. Tempora nu-  
bila, pro inflicib.:

Vel 5. ab aqua ut Flumen ingenij. Procellæ  
& fluctus sermonum. Ex luxuria manat audacia.

Vel 6. à terra, ut Obruere oblivione, obrui  
vino, vino sepeliri, sementem facere.

Vel 7. à brutis, sic fas si doctores nominan-  
tur lupi rapaces, vulpe, canis muti, latrare ne-  
scientes.

Vel 8. à corpore, ut Virtutem ne de facie  
quidem nosse. Refricare præterita facta.

Vel 9. ab artibus, ut Tenere clavum Reipub-  
lice. Limare orationem. Explorare animum. Dis-  
suere amicitiam.

Vel 10. à rebus inanimatis ad res anima-  
tas, ut fecire fundamentum, fenestram pateface-  
re ad negritum. Domus officina nequitie.

Vc8

vel 11. ab animatis ad res inanimatas. Sic  
Parietes dicuntur existere, fluvij absorbere, sco-  
puli minari.

Vel denique 12 a rebus promiscuè aliis.

III. Canon. Metaphora sit illustrior re si-  
gnificati.

IV. Metaphora sit verecunda.

V. Metaphora non sit longius petita.

VI. Metaphora si durior videatur, ep̄m  
p' exi sive castigatione est molienda.

VII. In Metaphora debet esse analogia,  
sive proportio.

VIII. Metaphora ut nullus tropus est  
florentior, ita & Allegoria & Hyperbolæ in ea-  
dem sunt illustrissimæ.

1. SYNECDOCHE est, cùm pars ponis  
etur pro toto, vel totum pro parte, ut: Mœnia, τοιωση  
pro urbe Giessâ. Lanus, pro parte lani.

Caput 10.

a

d'exas-

mu-

compre-

hendo-

Latina

dicitur

compre-

hensio-

2. Estq' ve vel partis vel totius.

3. synecdoche partis est cùm pars ponitur  
pro toto, ut: Anima, pro homine.

4. Synecdoche partis est vel Membri vel  
speciei.

5. Synecdoche Membri est, cùm membrum  
ponitur pro integro, ut: Tectum sive pariete,  
pro domo. Mucro, pro gladio. Puppis sive pros-  
ta, pro nave.

1. Synecdoche Speciei est cùm species ponis-  
tur pro genere, ut: Parricida pro quovis homin-  
eida. Paris pro quovis adultero. Argo navis, pro  
qualibet nave.

2. Modi ejus sunt duo: primus est, cùm nua-

A 5

merus

merus in specie magnus ponitur pro magno in genere, ut Psal. 91. Cadent à latere tuo mille, & decem milia à dextris tuis. Plus milles haec à te audivi, Terent. in Eunuch.

3. Secundus modus est, cum singularis numeris ponitur pro plurali, ut: Romanus. Germanus, pro Germanis.

4. Huc pertinet cum persona secunda singularis, pro plurali prima ponitur, ut: Contra hostes armis opus est, quibus tectus esse possis, id est a possimus vel quilibet possit.

5. Item, cum nomen proprium ponitur pro communi, ut: Venus, pro qualibet formosa virginine. Cato, pro sapiente. Euclio, pro avaro. Orca sus pro divite. Codrus sive Irus, pro paupere. Stentor, pro clamore.

i. Synecdoche totius est, cum eorum ponitur pro parte, ut: Rhenus pro parte Rheni. Orbis, pro parte orbis.

2. Estque vel Integri vel Generis.

3. Synecdoche integri est cum integrum ponitur pro membro, ut: Totus orbis ardet bello, id est, maxima pars orbis.

4. Synecdoche generis est, cum Genus ponitur pro specie, ut: virtus, pro fortitudine. Urbs, pro Civitate. Animal, pro bestia. Homo, pro Capitalia.

5. Modi eius duo sunt. Primus est, cum nomen commune pro proprio & excellente, ponitur, ut: Salvator, pro Christo. Apostolus, pro Paulo. Prophet, pro Isaia. Orator, pro Cicerone.

3. Secundo

Caput  
XII.

Caput  
XIII.

3. Secundus modus est, cùm numerus plus  
ralis ponitur pro singulari, ut: Nos Dei gratia  
Ludovicus, Hassle Landgravius, &c. id est, Ego.

1. FIGURA est, elocutio, qua orationis ha-  
bitus à recta & simplici consuetudine muta-  
tur Dicitur Graece χῆμα.

Figurarum est hic generalis Canon.

Vtendum est Figuris 1. in loco. 2. parce.

2. Figura est vel Dictionis vel Sententiae.

3. Figura Dictionis est, quā elocutio figura-  
tur dictionibus aptè & jucundè inter se reso-  
nantibus.

4. Figuræ dictionis sunt decem:

1. Epizeuxis.

6. Symploce.

2. Anadiplosis.

7. Enallipsis.

3. Climax.

8. Epanados.

4. Anaphora.

9. Paronomasia.

5. Epistrophe.

10. Polypoton.

1. EPIZEUXIS est cùm idem sonus conti-  
nuè iteratur. In eadem sententia. Latine dici-  
tur Geminatio.

2. Modi eius potissimum quatuor sunt.

3. Enim aliquando repetitur sonus idem, ut : ουνη,  
obfessam, oppugnatam labefactatam, penè captam.  
conjun-  
go, co-  
pula.

2. Aliquando repetitur syllaba eadem, ut:  
Flentes plorantes, lachrymantes. Abiit, excessit,  
erexit, erupit. Cic. in Catil.

3. Aliquando repetitur dictio eadem, ut ô  
Mysis, Mysis ! Ab Corydon, Corydon !

4. Aliquando parenthesis interjectur, ut:  
Tōrum hoc, quantumcunq; est, (quod certe maxi-  
mum est ) tōrum est , inquam, tuum.

Dicitur Epizeuxis autem ab Anadiplosi & Climace, quia si  
ulla est repetitio continua in eadem sententia: in his vero est  
cepere

Caput  
XIV.

Figura  
à singula-  
do dicta  
Graeca  
dicitur

χῆμα

ab  
έχω,  
habeo,  
possideo

Caput  
X V.

ab

τριπλε-

ab

οντο-

go.

οντο-

go.

οντο-

go.

οντο-

go.

οντο-

go.

οντο-

go.

92 Epitomes Praeceptorum.

repetitio continua, in diversis sententiis. Differt 2. ab Anaphora & Epistrophe. Symbole, Epanalepsis & Epanodo, quia in his est repetitio disjuncta in diversis scilicet locis, ita ut aliquid intercedat, sive in diversis sententiis.

ab 1. ANADIPLOYSIS est, cum similis sonus respondeatur petitur in fine precedentiis & initio sequentis sententiæ. Latinè dicitur Reduplicatio, ut Reduplicatio. Psal. 144. 18. Propè est Dominus omnibus invocantibus eum: omnibus qui invocant eum in veritate. Pierides, vos hæc facietis maxima Gallo.

Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas.

Differt: Anadiplosis à Climace. In Anadiplosi idem sonus, qui fuit in precedentiis sententiæ fine, semel tantum repetitur in principio sequentis sententie: In Climace vero non semel sed plures. Anadiplosis Poëtis potissimum & oratoriis est usitata: His autem sapientis, his rarius.

CLIMAX est Anadiplosis compluribus gradibus continuata. Dicitur latinè Gradatio, ut Rom. 8. 29. Quos Deus praescivit, eos & praestinavit: Quos predestinavit, eos & vocavit: Quos vocavit, eos & justificavit: Quos autem iustificavit, eos & glorificavit.

Climax apertiorē habet artem & magis affectatam, ideoque rarior esse debet. Fab. lib. 9. Cap. 3.

ab 1. ANAPHORA est, cum sonus idem iteratur in principiis sententiarum. Latinè dicitur Relatio. 2. Ejusmodi sunt duo:

euæc. Velenim 1. idem sonus tantum iteratur, ut: Tamenne vexari Rempublicam, contemni magistratem populi Romani, deludi vosmetipso dominum à tribuno plebis patiemini? Cic. Agra.

euæc. 2. vox eadem iteratur, ut Psalm. 117. 18. Melius est confidere in Domino, quam confidere in homine. Melius est confidere in Jeboval, quam in principibus. Item v. 15. 16. Dextra Iehovæ

euæc.  
φρεω,  
τοιο, re-  
fero.

Hovæ facit fortitudinem. Dextra Jehovæ excelsa. Dextra Jehovæ facit fortia.

3. Anaphoræ subjicitur Polysyndeton & Asyndeton.

4. πολύσυνδετον est ejusdem conjunctionis molvis reiteratione sive repetitio, ut: somnus & oruvium, & epule, & scarta, & balnea, corpora &c. atq; animos debilitant. Liv. lib. 8. Decad. 3. Aeneid. 6.

Forte recensebat numerum charosque nepotes.  
Fataque fortunasque virum moreisque manusque.

5. ἀρνύδετον est conjunctionis copulativæ intermissio, ut: Adfui, vidi, notavi, mesmini. Item, abiit, excessit, erupit. Catil.

Anaphora quæ sit vocis ejusdem repetitione est illustrior & frequentior.

2. EPISTROPHE est cum similis sonus in clausulis iteratur. Latinæ dicuntur, conversio.

2. Ejus modi sunt duo. Vel enim 1. idem sonus tantum in clausulis iteratur, ut: Ecclesia oppugnatur, sed non expugnatur, premiatur non opprimitur. Cic. pro Milon. est hec iudicces non scripta, sed nata lex: quam non didicimus, accepimus, legimus: verum ex ipsa natura arripuimus, hausimus, expressimus, ad quam non docti sed facti, non instituti, sed imbuti sumus.

Vel 2. vox eadem in clausulis iteratur, ut: Psalm. 136. Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia ejus. Confitemini DEO deorum, quoniam in seculum misericordia ejus. Confitemini Domino dominorum, quoniam in seculum misericordia ejus.

3. Epist.

<sup>ab</sup>  
~~is~~ 3. **EPISTROPHE** subjiciuntur i. ΕΠΙΣΤΡΟΦΑ.

<sup>ab</sup>  
vel 2. ΑΥΤΙΘΕΝ. 3. ΕΜΟΙΕΠΩΤΟΥ. 4. ΕΜΟΙΟΤΕΛΟΣΤΟΥ.

<sup>ab</sup>  
~~is~~ 4. **ISOCOLA** sunt duo vel plura orationis  
æqualis, membra, quæ sere pari syllabatum numero  
κελον constant, ut : Extremâ hyeme apparavit : in-  
medrum. eunte vere suscepit: media estate consecit. Cic.  
in Pomp. Idem pro Syll. Permitto aliquid iras-  
cundiz tuz: do adolescentiæ: cedo amicitiæ.

<sup>ab</sup>  
~~ex~~ 5. **ANTITHETA** sunt duo vel plura ora-  
tionis membra diversa sive opposita, ut : Ad  
iusti, quam legem non docti, sed facti, non instituti  
oppono. sed imbuti sumus. Pro milone.

<sup>ab</sup>  
~~omnes~~ 6. **HOMOEOPHTON** est, cum simili sono  
casuum dictiones & sententiae desinunt, ut :  
similis, & Annis mille jam peractis, nulla fides est in pa-  
trioris etis. Mel in ore, fel in corde, verba lactis, nil  
caius. in factis, vera letitiae rara est hora, & brevis

<sup>ab</sup> mota.

~~omnes~~ 7. **HOMOBOLEVTION** est, cum quæcunq;  
similis, & que voces & verba simili sono in clausulis des-  
inunt, ut: Quod lex operum minando imperat:  
Enus. lex fidei credendo imperat. Aug. de spir. & lit.  
cap. 21. Turpiter audes facere, nequiter aus-  
des dicere.

In Epistrophe seqventia membra & commas-  
ta sint breviora, & oratio habeat vehementi-  
am, alias vitiosa fiet Tautologia.

<sup>ab</sup>  
~~omnes~~ 8. 1. **SYMPLOCE** est, cum idem sonus & in  
principiis & in clausulis saepius iteratur. Dis-  
citur latine Complexio.

<sup>ab</sup>  
~~omnes~~ 9. Modis ejus sunt tres. Vel enim 1. idem so-  
nus

nus in clausulis iteratur, ut: Spem improbus  
stendit: timorem bonis injecisti: fidem de for-  
ro, dignitatem de Republica sustulisti, Cic.  
Agriat. 1.

Vel 2. vox eadem iteratur, ut: Qui seminat  
parcè, parcè etiam metet: Qui seminat copio-  
sè, copiosè etiam metet. 2. Cor. 9. Quis eos po-  
stulavit? Appius. Quis eos produxit? Appius:

Vel 3. Periodus eadem iteratur, ut: Dan. 3.  
58. Benedicite Angelis Domini Domino; Lau-  
date & exaltate eum in secula. 59. Benedic-  
tue cœli Domino: Laudate & exaltate eum in  
secula. 60. Benedicite aquæ super cœlos posite  
Domino: laudate & exaltate eum in secula &c.

1. EPANALEPSIS est, cum idem sonus in ab.  
initio & fine repetitur. Latinè dicitur resuans πάναλεψις  
primo.

2. Modi ejus duo sunt. Vel enim 1. idem so-  
nus reperiatur, ut: Saluti eorum potius consue- vw,  
tam, quam voluntati. Verr. insuper  
accipio

Vel 2. eadem vox repetitur, ut: Ἀ. n. 1. Mu-  
ta super Priamo rogitans, super Hectore multa.  
1. Differt à Symploce, quia Epanalepsis semel tantum in  
principio, & semel in clausula sonum reperit; Symploce au-  
tem sepius. 2. Differt ab Epanodo, quia Epanodos vel in  
principio & in medio, vel in medio & fine similem sonum re-  
petit. Epanalepsis autem in principio & fine.

1. APANADOS est, cum idem sonus in prin-  
cipio, & in medio, vel in medio & fine ite-  
ratur. Dicitur latinè Regressio.

2. Ejusmodi duo sunt. Vel enim 1. idem so-  
nus iteratur, ut: Habuit honorem ut proditori,  
non ut amico fidem,

Vel

Vel 2. eadem vox iteratur, ut: Corinth. 2.  
15. 16. Christi bonus odor sumus Deo in iis, qui  
salvantur, & in iis qui pereunt His quidem odor  
mortis ad mortem: Illus vero odor vita ad vitam.

**Caput**  
**XVI.**

a  
et rego-  
verba  
zō,  
agnomi-  
mo.

1. PARONOMASIA est, cum dictiones si-  
gnificationibus diversæ syllaba tamen aliquæ  
inter se conveniunt Dicitur Latine Agnoma-  
sia: ut, Omnis amans amens. Omnis honor bonus.  
Si non habes æs, miser es, et pinguis non es. Non  
in aula natus es, sed in caula.

2. Paronomasiæ subjiciuntur Antanaclasis &  
Ploce sive copulatio.

ab  
enītare  
zō,  
quid  
refecto-

3. ANTANACLASIS est, cum idem verbum  
non nihil mutatum, aut mutata significacione  
repetitur, ut: Iucundum est amari, si curetur, no-  
nū, quid misit amari. Veniam, si impetravero ves-  
timenta.

zō,  
zō.  
poco.

4. PLOCE est, cum idem verbum bis posis-  
tum prius personam, posterius mores aut qua-  
litatem personæ convenientem significat: ut,  
Non omnes qui sunt ex Israël sunt Israël (fidei is-  
raëlis confortes. JESUS vere est Jesus (Salva-  
tor.) Germani sunt Germani (sinceri, candidi,  
youthfuli fratres q. ex eodem germiné orti) Ludos  
vicus Hassie Landgravius est vere Ludovicus,  
id est, humanus, comus, Leuthwieg.)

zō  
zō  
zō  
zō  
zō

POLYPTOTON est, cum voces ejusdem  
casuum rigidis variis casibus inter se consonant. Latine  
quædi-  
ceres,  
multorum  
casuum  
figurae

Greg.

**Greg. Littera litteribus contraria fluctibus undas, imprecor arma armis.** Æneid 4.

Per casus non intelliguntur casus tantum nominum, sed quæcunque flexio nominis à primo themate in aliud casum numerum, personam, tempus, modum, &c. Sic nomina adjectiva, verba & adverbia etiam habent casus suos, ut: Humanus, humâne, humaniter, humanius. Speculantem spæta, ridenti molliaride. Non vivas ut edas, sed edas, ut vivere possis.

**1. FIGURÆ SENTENTIÆ** est, quæ totam sententiam aliquo animi motu afficit.

**2. Figure sententie sunt Decem:**

- 1. Exclamatio. 6. Addubitatio.
- 2. Epanorthosis. 7. Communicatio.
- 3. Aposiopesis. 8. Occupatio.
- 4. Apostrophe. 9. Permissio.
- 5. Protopopœja. 10. Concessio.

**3. EXCLAMATIO** est figura, sententiae per adverbium exclamandi expressum vel intellectum.

Notæ exclamationis sunt: ô, utinam, prob, ah, heu, cheu, ac, at, atat, vœ, en, ecce, euge, & particulæ similes: quarum aliae sunt admirantis. 2. aliae optantis. 3. aliae laudantis. 4. aliae obtestantis. 5. aliae ominantis. 6. aliae indignantis 7. aliae objurgantis. 8. aliae irridentis. 9. aliae dolentis. 10. aliae commiserantis. 11. aliae imprecantis 12. aliae desperantis. 13. aliae deniq; affectuum aliorum alia.

**Admirantis**, ut: O mulier magna est fides tua! Matth. 15. 28.

**Optantis**, ut: Ab utinam cœlos rumperes & descenderes! Isa. 64. 1.

**Laudantis**, ut: Euge serve bone & fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constiuiam, Matth. 25. 21.

Obtestantis, ut: Proh Deum atque hominum  
Eadem! quid est, si non hæc contumelia est.  
Ter. in Andr.

Omniantis, ut: Quapropter inexcusabilis  
eris o homo, quisquis alium judicas: in quo  
enim alterum judicas, te ipsum condemnas:  
eadem enim agis, quæ judicas, Rom. 2. 16.

Indignantis, ut: O scelus, o pestis, o labes,  
Cic. in Pison.

Objurgantis, ut: O incircumcisæ auribus &  
corde. Act. 7. 51. O stulti & tardi ad credendū.  
Luc. 24. 25.

Irridentis, ut: Ecce Adam factus est, sicut  
unus ex nobis, sciendo bonum & malum.  
Gen. 3.

Dolentis, ut: Heu mihi, mulier vidua sum.  
2. Reg. 14. 6. Vix, vix, vix, habitantibus in  
terrâ. Apoc. 8. 13.

Comiserantis, ut: O domus antiqua, heu  
quam dispari domino dominaris. Cic. 1. Offic.

Imprecantis, ut: Disperdat Dominus uni-  
versalabia dolosa & linguam magniloquam!  
Ps. 13. 4. Dij te perdant fugiue. Cic. pro  
Dejot.

Desperantis, ut: O frustra mei suscepiti labo-  
res! o spes fallaces! o cogitationes meæ ina-  
nes! Cic. pro Milon.

3. Exclamationi subjicitur Epiphonema &  
Licentia sive παρεπονία.

4. EPIPHONEMA est exclamatio ad rei  
enarratæ & explicatæ finem adhibita, ut:  
Tanta mors erat Romanam condere gentem.  
Senec. 1.

1. Differt Epiphonema ab exclamacione: hęc , ab  
enim tam in principio quam in medio & fine enarratę ad- ex iōē  
hiberi potest : Epiphonema autem non nisi sub finem.

2. In Epiphonemate plerumque utitur particulis com- vētū  
parativis & demonstrativis : Usque adeò , tantus , sic , ite , acclamo ;  
hic , hoc & similibus , ut : Sic multi sunt vocati , pauci electi . quasi di-  
cas ,  
Usque adeò à teneris assūscere multum .

5. *παρέφορία* est exclamatio quępiam lis wēv  
terior , audacior & licentiosior , ut : Dicam *πατέρα* , cō quod  
jam confidentius , quoniam audeo quędam fratre orator  
vestra sapientia liberè confiteri . Cic. pro Cäl.  
Sic Baptista dicebat ad Herodem : Non licet omne id  
tibi habere uxorem fratris tui . Marc. 6. 16.

vbi CANON: Licentia quę molesta est , modicè usur-  
petur & prudenter , alioquin sit in tempesta & in terendum  
exitibilis .

1. EPANORTHOSIS est , cùm antecedens  
aliquid corrigendo revocatur , & commodius  
aliud substituitur . Dicitur Latine correctio .

2. Ejus modi duo sunt . Vel enim *z* dictum  
aut sententia revocatur , ut :

— *Filium unicum adolescentulum*

Habeo ab ! quid dixi habereme & imò babui  
Chreme .

Nunc habeam nec ne incertum est : Ter. in  
Heaut. Luc. 11. 7. Beatus venter qui te portas  
vit : Imò beati qui verbum Dei audiunt & eis  
studiant .

Vel 2. integra oratio revocatur , ut : sed si  
nis sit : neq; enim p̄r lacrymis loqui possum : Et  
hic se lacrymis defendi vetat . pro Milon.

1. Epanorthosis & Aposiopesis in eo convenient , quod  
utraq; revocet aliquid : In eo vero differunt , quod illa  
substituit Verbum aliquod commodius , hęc vero prorsus  
abrumpt . 2. Fit Epanorthos vel augendo , vel minuen-  
do , vel commutando . 3. Ejus nota plerumque sunt : imò , imò ,  
B 2

imō, potius, seu potius, quin potius, atque adeo, non sed non solum, sed, penē dixisse, dixerim, &c. ut, quid dico habere me, imō habui. Verrit Homerum, penē dixisse, per-

*Caput 28* *vertit.*

*ab* 1. **APOSTOPEsis** est, cūm sententia ins-  
criptio choata cursus reticendo vel abrumpendo os  
ωκάω, rationem revocatur. Latinē dicitur Reticens  
reticendo tia, ut: Psal. 6. Anima mea turbata est valde,  
contine- sed tu Domine usquequo e scil. differt auxilium.  
sco.

*ex* 2. **En.** 1. Quos ego: sed motos prestat compo-  
nere fluctus.

*πτώσις*, 2. Aposiopesi subjicitur Eclipsis, cūm voca-  
tio ad sententiam orationis complendamne-  
cessaria desunt, ut: ille nihil scil. respondet.  
*πτώση* Plura otiosus, scilicet scribam.

*πτώσις*, 1. **APOSTROPHē** est, clamoratio ad aliam,  
omittio, quam instituta oratio requirit, personam, vel  
deficio.  
*Caput 29* quasi personam, convertitur. Latinē dicitur As-  
versio.

*πτώσις* 2. Modi ejus sunt tres. Vel enim 1. ab homi-  
*σπέρμω* nibus ad Deum fit aversio, ut Psalm. 109. 21. Hoc opus eorum, qui detrabunt mihi apud Domiu-  
num. 22. Tu autem Jehovah Domine fac mecum  
*ex* propter nomen tuum, quia suavis misericordia tua.  
*σπέρμω*, 2. Tu autem Jehovah Domine fac mecum  
verto.

Vel 2. ad humanam personam fit orationis  
conversio, ut: Psal. 2. 9. Reges eos in virga fers-  
rea & tanquam vas figuli confringe eos. 10. Et  
nunc Reges intelligite, eruditimi, qui judicatis  
terram.

Vel 3. ad rem mutam & in animatam, quasi  
ad personam orationis fit conversio, ut Matth.  
11. 13. Et tu Capernaum, quae in cœlum usq; exal-  
esta es, usq; in infernum detrueris.

1. Apo-

1. Apostrophe ad vehementiam & affectus est accomodata. 2. Exclamationi elationis genere non cedit, & perspectiva cum ea conjugitur. 3. Rarius, sed tamen aliquando pretius in exordio adhibetur.

1. PROSO POPOEJA est qua alienam personam velut oratione nostra loquentem singulis personis, Latinè dicitur Personæ fictio.

2. Estque vel imperfecta vel perfecta.

3. Imperfetta est, cum sermo alienæ personæ leviter & oblique representatur, ut: Hi vos ( quoniam liberè loqui non licet ) tacite rogant, ut se quoqué sicuti cœterarum prævinciarum socios dignos existimetis, quorum salutem tali ratione commendetis. Cic. pro L. Man.

4. Perfecta est, cum tota fictio personæ oratione nostra directè representatur. Sic sapient.

5. q. i. & seqq. tremores & angustiae damnatorum elegant proso popœa describuntur.

1. Tunc stabunt justi in magna constantia adversus eos, qui ipsos angustiaverunt.

2. Videntes autem (damnati) turbabuntur timore horribili gementes præ angustia spiritus.

3. Dicentes intra se : Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum & in similitudinem impoperij.

4. Nos infensati estimabamus vitam illorum insaniam, & finem illorum sine honore.

5. Ecce quomodo computati sunt inter filios DEI & inter sanctos fors illorum est.

6. Ergo erravimus à via veritatis, & justitiae lumen non illuxit nobis, & sol intelligentiae non ortus est nobis, &c.

14. Talia dixerunt in inferno qui peccaverunt.

5. Prolos

5. Prosopopoeia tribuitur etiam rebus mortis & inanimatis. Sic Rom. 9. 20. Paulus attribuit figmento figuli: num dicit figmentum figulo: cur me finxisti ad hunc modum? Psalm. 85. 11. dicitur. ut misericordia & veritas obvient sibi, justitia & pax osculentur se.

**μίμησις** 6. Prosopopœiae subjicitur **μίμησις** & **διαλογισμός** sive sermocinatio.

7. **Μίμησις** est, quā alterius verba aut gestus imitatur, ut: **Esaiæ.** 56. 11. Venite sumus vīnum & impleamur ebrietate, & erit sicut bōdiē, sic & cras & multo amplius. Ubi Propheta μίμησις verba impiorum Epicureorum exprimit.

**διαλογισμός** 8. **Διαλογισμός** sive sermocinatio est, cūm personam absentem introducimus loqventem tanquam presentem, ut: **D. Lutherus** Spiritum **ex** S. introducit sic cum Johanne Baptista captivo loqventem: Mihi Johannes ne perturbet te indigna ista fortuna: Breve enim mundi gaudium, mox excipiet eternus cruciatuſ. Contra, tua afflictio in sempiternam vertetur letitiam.

9. Prosopopoeia ornamentum elocutionis singulare est, & magna in primis audacia. Itaque 2. Magno consilio & iudicio regenda, quo consentanea personis oratio tribuatur. 3. Ratio decorante omnia in eiusdem conformatione diligenter attendanda. **Tatetus** I. 1. cap 13.

**ab** **έπος** **ADDUBITATIO** est deliberatio nobiscum, cum dubitare & nescire nos aliquid significamus. Græcè dicitur ἀπορία, ut: Eloquar, an fileam? Virg. Quod me veram nescio? Cic. pro Cl. Ps. 139. 7. Quod ibo à spiritu tuo & que

**E** quò à facie tuâ fugiam & 8. Si ascendero in cœlum, tu illic es ; si in infernum lectum stravero, ades. 9. Si sumsero pennas meas diluculo, & habbita vero in extremis maris. 10. Illic etiam manus tua ducet me, & apprehendet me dextra tua, &c.

Differet Addubitatio & seqq. figuræ sententia à precedentiis, quæ illæ fuerunt in logismo, hoc est, simplici consideratione onusque sermone: hæ verè sunt in dialogismo, ubi consunta quedam propter interrogations, & responsionem consideratur. Claudi Minos ad Tal. cap. 34. ab Caput 32.

**C**OMMUNICATIO est, deliberatio cum alio, aliis (auditore, adversario vel judge). Græce νομος ἀνακριτικός ut Act. 4. 9. Vos ipsi judicat an justum sit in conspectu Dei vos potius audire quam Deum.

Differet ab Addubitatione: quia hæc secum deliberat: illa vero cum aliis.

1. **OCCUPATIO** est, cùm tacitam animo conceptam cogitationem, quæ nobis ab aliis (adversario, auditore vel lectore) objici posset, anticipamus & deluimus. Græca cè dicitur πενετάλησι sive πρόληψι. Caput 32.

2. Partes ejus duxi. Objectio sive occupatio in specie sic dicta 2. Subiectio.

3. Objectio sive occupatio proprie sic dicta autem est, cùm quid ab alio dici vel objici possit, tanquam proferimus.

4. Subiectio est, cùm ipsi objectioni respondemus, ut: Rom. 11. 19

5. Occupationi subiectitur Interrogatio: subiectioni Dialogismus sive Ratiocinatio.

6. Interrogatio est, cùm querimus ait scis citamur sine responso nostro, ut: Qui noua hic nostris successit sedibus hospes. Eneid. 4.

7. Dialogismus sive Ratiocinatio est, cùm ipsi à nobis crebrò rationem poscimus, quare quidq; dicitur, ut: Ecquā mente? quā invaseras? Quā manu? quā disturbaras? Quā voce? quā incendi jusseras? quā lege? quam ne illa quidem impunitate tuā scripseras. Cic., de Harusp. respons.

**Caput 34** PERMISSIO est, cùm facti cujuspiam licentia condonatur, ut: in quo ego, quid emiti aut quid efficere possim, malo in aliorum sperelinques quam in oratione mea ponere. Cic. div. in V.

interdum permissioni ironia miscetur, ut: Aeneid 4.

Scilicet is superis labor est, ea cura quietos.

Sollicitat; neque te teneo, neque dicta referto:

I. Sequere Italiam ventis, Pete regna per undas.

Dicitur Græcis ἴπισθητί ab ἴπισθεῖν, permitto.

**Caput 35** CONCESSIO est, cùm dictum aliquod auctoratum argumentum condonatur. Græce dicitur παραμολογύειν.

γέω, Notæ ejus præcipuae sunt: Esto, sic, sit sane, conser- sit im, & similes: Aeneid. 10. Italiam petuit, fa- cito, affen- tis autoribus, esto sic sacrilegus, sic fur, sic flagiti- orum omnium princeps: at est bonus Imperator.

Differt concessio a permissione quod permissio est in fa-

cis: Concessio est in verbis, dictis & argumentis.

2. Eucunditas & delectatio est in concessione, cùm id con-

cedimus quod ei, cui conceditur, nocet. Talaeus b. 10 c. 3 s.



A P E N D I X  
D E F I G U R I S  
*Amplificationum.*

**1. FIGURÆ Amplificationum sunt,**  
quæ oratione in tam verbis quam rebus locu-  
pleriorem reddunt.

**2.** Suntque pro ratione materia subjectæ, è  
quâ sumuntur, variæ: alia namq; 1. sumuntur  
ex causis, alia 2. ex adjunctis circumstantiis a-  
liæ 3. ex dissimilaneis ( sive oppositis, contrariis  
& pugnantibus: ) alia 4. ex comparatis simili-  
bus & cognatis: alia 5. ex Divisione: alia 6. ex  
genere. alia 7. ex definitione & descriptione,

**3. Figuræ Amplificationum, quæ oriuntur**  
ex CAUSIS sunt: *Aetiologya.* 2. *Translatio* sive  
*metamorphosis.*

**1. AETIOLOGIA** est, cùm causam rei recte ab  
tamus, ut: Ex hac virtute ita discedo, tanquam ex <sup>ab</sup> θογίῳ.  
hospitio; non tanquam ē domo. Commorandi enim rationem  
nobis natura diversorum, non habitandi dedit. <sup>reddat</sup> Cicero desenectue.

**2. TRANSLATIO** est, cùm causa alicujus rei  
confertur in locum dignorem, aut magis pro-  
futurum dicenti, ut: Quamobrem illa arma, cen-  
turiones, cohortes, non periculum nobis, sed pre-  
sidium denunciant: neq; solūm, ut quieto, sed es-  
tim ut magno animo simus, horrantur: neq; auxi-  
llum modò defensioni mee, verūm etiam silentio  
um pollicentur. Cic. pro Milon.

**4. Figure Amplificationum ex ADJUNCTIS**  
**CIRCUMSTANTIAS** sunt octo:

2 Topos

- |                    |                  |
|--------------------|------------------|
| 1. Topographia.    | 5. Paropœtia.    |
| 2. Chronographia.  | 6. Ratiocinatio. |
| 3. Prosopographia. | 7. Digressio.    |
| 4. Hypothysis.     | 2. Transficio.   |

*I*nter locum & urbem syracusas maximam esse Græcarum urbium, sèpè audiuntur. Et iuri judices, &c. Cic. Veri. 6.

*Q*uo scribo. 2. CHRONOGRAPHIA est temporis descriptio, ut: Aeneid. 4. Nox erat, & placidum carpebant fessa soporem, corpora per terras, &c.

*X*ecū. 3. PROSOPOGRAPHIA est descripçio personæ vel veræ vel fictæ: sic illæ. Scriptura describitur persona Jobis, Tobiae, Esther. &c.

*V*er. 4. HYPOTYPOSIS est cum res ita oculis subjicitur, ut non narrari sed geri videatur: ut Psalm. 7. 12. &c. seqq. Deus justus iudex, & Deus qui minatur per singulos dies, si non conversus fuerit impius, gladium suum acuit, arcum suum intendit, & direxit illum, & sibi paravit tela mortis, sagittas mortis, &c.

*Scribo.* 5. PAROPOEIA est vehementiorum affectuum expressio, ut: Nunquid obliviscetur mater infantis sui, ita ut non misereatur filii uteri sui, etiam si iste obliviscetur, egoamen non oblivisa car tui. Ecce in manibus meis descripsi te. 49. 15.

*ab* 6. RATIOCINATIO est, cum ex affectu auctoritate signo aliquo majus quiddam colligitur, ut affectus, Majores nostri, si quam unius peccati mulierem damnabant, simplici iudicio multorum maleficiorum convictam putabant. Cur ita? quoniam quam impudicam putabant, eam beneficij quoque dannam existimabant. Cic. pro Cluent.

*Zeges.* 7. DIGRESSIO negligenter, est cum aliena

ne rei tractationem, utilitatem cause concer- *Bávba*,  
nentis extra ordinem excurrimus, ut : Prefer- *digreua-*  
tim (non est repudiandus) cùm olim studium atq; *or.*  
ingenium contulerit Archias ad pop. Romani  
gloriam laudemq; celebrandam. Cic. pro Arch.

8. TRANSITIO *metacœsis* est, cùm brevi- *metra*  
ter monemus quid dictum sit, & quid dicen- *Cáivw,*  
dum restet, ut : Habet de Vatinio, cognosce de  
Crasso. Cic. Habetis Imperatorum summorum &  
sapientissimorum hominum, clarissimorum viros  
rum interpretationem juris ac fœderum: dabo es-  
tiam judicium, qui huic questioni præfuerunt.

Figuræ amplificationum ex DISENTANÆ  
IS CONTRARIIIS sunt septem.

- |                  |                  |
|------------------|------------------|
| 1. Contentio.    | 5. Reiectio.     |
| 2. Commutatio.   | 6. Paradiastola. |
| 3. Inversio.     | 7. Anthypophora. |
| 4. Communicatio. |                  |

1. CONTENTIO est, cùm per contraria *contra*  
amplificamus aliquid, ut: Regum & principi- *discre-*  
um arcana celare honestum est: Dei vero opera  
proferre præclarum est. Tob. 12. 11.

2. COMMUTATIO est, cùm contraria in- *aliqua*  
ter se permuteant & transponantur, ut: Non *tu* des-  
vivas ut edas, sed edas ut vivere possu. Ierm. *an.*  
sabbatum propter hominem factum est; non bo-  
mo propter sabbatum. Marc. 2.

3. INVERSIO est, cùm ostendimus pro  
nobis facere argumentum, quod contra nos  
detorqueatur. sic Christus Matth. 15. 26. 27.  
cùm dixisset ad mulierem Syrophaenissam : Non  
est honestum sumere, panem filiorum & obsecere  
*catellis*

**S**eruit catellis: Illa invertit; Imo etiam canes comedunt de  
spogliis nucis cadentibus à mensis dominorum suorum.

**S**euveris 4. COMMUNICATIO est, cùm idem con-  
sumat, traxiis tribuitur, ut: Avaro tam deest quod ha-  
bet, quām quod non habet. Hieron. Qui non des-  
fendit, nec obſtitit injuria, si potest: tam est in-  
vitio, quām si parentes aut etiam amicos aut pa-  
triām deferat. Cic. 1. offic.

**E**cclio 5. REJECTIO est, cùm aliquid rejiciamus  
dūtūq[ue] rāngvam indignum & intempestivum, ut: Sed  
de Luccullo alio dicam loco, & ita dicam, ut ne  
vera laus ei detracta oratione mea, neg, falsa afa-  
facta esse videatur. Cic. pro L. Manil.

6. PARADIASTOLE est, cùm aliquid ira-  
conceditur, ut vicinum quoddam detrahi pos-  
sunt, ut: Veritas premi potest, opprimi non potest.

7. ANTIPOPHORA est, cùm objectio re-  
futatur per contrarię sententię oppositionem,  
ut: sperat adolescens, se diu vixtrum; quod spe-  
rare item senex non potest. At insipienter spe-  
rat. Quid enim stultius quām incerta pro certis  
habere, falsa pro veris. Senex nec quod sperat  
habet. At est eo meliore conditione quām ado-  
lescens, cùmid quod ille sperat, hic consecutus est.

7. Figuræ amplificationum ex COMPARA-  
TIS SIMILIBUS sunt duæ :

1. Comparatio.

2. Sermocinatio.

1. COMPARATIO est, contrariorum &  
differentium collatio, ut: Cognovit bos posse-  
forem suum, & asinus presepe Domini sui. Israe-  
l autem me non cognovit Esa. 1. 3.

2. SERMOGINATIO est, cùm orator ipse  
secum

Secum disputat, & quasi duorum celloquentis  
um personam sustinet, ut: Exheredare filium  
voluit, Quam ob causam e nescio. Exheredavit  
ne? Non. Quis prohibuit? Quis prohibuit? co-  
gitabat. Cogitabat & Cui dixit Nemini. Cicero.  
pro Rose.

7. Figuræ amplificationum ex DIVISIONE  
sunt tres.

1. Distributio. 2. Congeries. 3. Incrementum.

1. DISTRIBUTIO est cum totum aliquod ~~meum~~  
dидucendo per partes latius explicatur, ut: TO-  
ta Respub. periclitatur, principum autoritas las-<sup>u</sup>  
beficitur: optimatum consilia repudiantur, plebs  
non patitur, se jure an legibus regi.

2. CONGERIES est, cum plures species coe-  
cervantur, ut: plenæ sunt (gentes) in justitiâ, agoræ  
scortatione, improbitate, avaritiâ, malitiâ ~~co-~~  
Rom. 1.

3. INCREMENTUM est, cum per gradus  
ab infimis ad summam imus, ut: Facinus est vinci, <sup>avæc</sup>  
recivem Romanum, scelus verberare, propæ pars <sup>Cæsis</sup>  
rictidum necare: quid dicam in crucem tollere?  
Cicero.

8. Figuræ amplificationum ex GENERE  
sunt tres:

1. Assumptio. 2. Sententia. 3. Noëma.

1. ASSUMPTIO est, cum ad definitum assu-  
mitur indefinitum, ut: Sed cum de illo labore, <sup>πρώτος</sup>  
tum de multis amplissimis viris. Pro L. Man. <sup>λεψίς</sup>.

2. SENTENTIA est, dictum breve, quod  
aut præceptum de moribus, aut dictum de <sup>γνώμη</sup>  
communi vita cursu continet, ut: Sincerum est  
nisi

nisi vas, quodcunq; in fundis, acescit. Cernit Deus omnia vnde. Non patitur jocum fama, fides oculus.

**Nomina** 3. NOEMA est, cum sententia, non genera liter, sed cum persona de qua agitur coniuncta est; ut: Romulus jam tum immortalitatis virtute parte, ad quam eum sua fatigantibus, fautor Liv. i. Item, Non luxuriarent otio animi, item: cum divitiæ jam animos facerent, &c.

9. Figuræ amplificationum ex Definitione sunt tres:

1. Exegesis. 2. Expeditio. 3. Definitio.

**Euvres** 1. EXEGESIS Interpretatio est, cum multa verba sermone Synonyma coniungimus, aut oratione exponimus, ut: Diliges Dominum Deum ex omnibus viribus tuis, &c. Luc. Io. 17.

**Expositio** 2. EXPEDITIO est cum eandem sententiam commutatis verbis explicamus & illustramus ut: Beatus vir, qui non abiit in consilium impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra derisorum non sedidit: sed in lege Iehovæ meditatur die ac nocte. Psalm. 1. 1. 2.

3. DEFINITIO est copiosior rei descriptio, ut: Gloria est illustris ac per vagam multorum ac magnorum vel in suos cives, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum Cic. p. M.

Hactenus de Elocutione.

## RHETORICÆ LIB. II.

### DE ACTIONE, CAP. II T. I.

ACTIO est apta elocutionis enunciatio.

3. Consis-

3. Consistit actio in moderatione vocis & <sup>Caput III.</sup>  
gestus.

2. Vocis moderatio: 1. in pronunciandi ~~et~~  
qualitate. 2. in varietate perficitur.

3. Aequabilitas in partibus sermonis spatiis ac  
ionis consistit. Itaque.

1. In pronunciatione non miscenda longa brevibus, gra-  
via acutis, elata submissis, sed et qualiter omnia proferantur.

2. Pronunciatio sit clara sive expressa, distincta, expe-  
dita tarda.

4. Varietas in vocis intentione & remissione,  
secundum varietatem affectuum consistit.

Vox neque sit gravissima, neque acutissima, neque u-  
niformis, sed iuxta varietatem moderata.

2. Vox gradatim ascendat, & in progressu contentior fiat.

3. In voce sit quæpram modulatio & flexio, cantus ob-  
tulerioris.

4. Contenta vox dicatur atrociter; submissa leniter;  
inclinata graviter, inflexa miserabiliter.

5. In miseratione vox sit flexibilis, plena, interrupta flebi-  
lis. Cic. 3. Orat.

6. In iracundia sit vox acuta, incitata, crebro incidentis.  
Cic. ibidem.

7. In metu & verecundia sit vox contracta demissa, ha-  
bitans & abjecta, Cicero ibid.

8. In voluptate sit vox tenera lenis, effusa, hilarata.

9. In dolore sive commiseratione vox sit gravis, & imo-  
presu ac sono obducta.

10. In blandiendo, fatendo, satis faciendo, sit vox levis &  
submissa. Quint. lib. 3. cap. 11.

1. Gestus moderatio 1. totius corporis 2. pre-  
cipuorum membrorum legitima conformatio-  
ne perficitur. <sup>Caput IV.</sup>

2. Totius corporis conformatio in conveni-  
enti naturali accommodatione consistit, ut nil  
in gravitate desit, nihil in gestu supersit. Itaq.

1. Omnis corporis motus & verbis & sententiis congruat.


2. Gestus magis ad sensus quam ad verba accommodetur,  
ut gravitas servetur.

3. Status corporis sit secundum naturam eretus & excelsus.

3. Mēritū

**3. Membrorum moderatio corporis statui conformari certa ratione debet.** Itaque.

1. Gestus capitis cum statu corporis sit consentaneus.
2. Aspectus eodem quo corporis gestus vertatur.
3. Vultus præter decorum non mutetur.
4. Brachiorum projectio sit moderata.
5. Manus decenter extendantur.
6. Digihi decorè adhibeantur.
7. Petitus ac venter non projiciatur.
8. Femur venustè feriatur.
9. In pedibus status rectus observetur.



## E P I T O M E S P R A E C E P T O R U M O R A T O R I A E.

### C A P U T I.

**Caput II.** ORATORIA est facultas bene,  
ornatè & copiosè dicendi.

Materia oratorie est Subjecta Quæstio.

3. Quæstio est, quicquid ad dicendum proponitur

: 4. Estque duplex: Infinita & Finita.  
5. Quæstio infinita est, quæ rem generaliter & indefinitè sine circumstantiis (personarum, temporis, loci, rerum,) proponit. Dicitur alias Deas, ut: Suntne artes amplectenda & estne bellum gerendum? Estne uxor ducenda?

6. Quæstio Finita est, quæ rem certis circumsstantiis finitam proponit. Grecè dicitur inoboris, ut: Licitumne Catoni seni uxorem ducere & Restenè Cam Abelem interficere?

7. Questionis tractatio sit legitima Oratio nisi diffensione & exhortatione.

8. Disposi-

8. Dispositio convenienti partium Ordinatio  
nis in genere causarum tractatione perficitur.

9. Exortatio verò Elocutione, tropis scilicet  
et figuris, absolvitur.

10. PARTES orationis Rhetoricae sunt sex; Caput II

- |                |                 |
|----------------|-----------------|
| 1. Exordium.   | 4. Confirmatio, |
| 2. Narratio.   | 5. Confutatio.  |
| 3. Propositio. | 6. Peroratio.   |

2. Harum alię sunt principes, alię minus  
principes.

3. Principes sunt quæ nunquam omitti pos-  
sunt, quales sunt: Propositio & Confirmatio.

4. Minus Principes sunt, quæ aliquando o-  
mitti possunt. Quales sunt: Exordium, Narra-  
tio, Confutatio & peroratio sive Epilogus.

1. EXORDIUM est prima pars Orationis ad Caput III  
præparandos auditorum animos comparata. πρόλογος

2. Est ē, duplex: Rectum, sive apertum, & μισθ. Obliquum sive occultum.

3. Exordium rectum, sive Apertum est, in  
quo statim & aperiæ Auditorum animos præ-  
paramus, & rem ipsam de quā dictari sumus,  
circa circummissionem ullam indicamus. Dicitur  
alias Protemium.

4. Exordium obliquum sive occultum est,  
in quo occultè & circummissione aliquā audito-  
rum animos subimus, dicitur alias Insinuatio.

5. In exordio considerandæ sunt 1. Causæ.  
2. Fines. 3. Affectiones.

6. Causæ exordiorum desumi possunt ab o-  
mnibus argumentis Logicis, potissimum verò  
1. a Subjecto, id est, re ipsa.

2. A subjecto occupante, personam scilicet  
vel nostra, vel auditorum, vel adversatorum.

3. A causa impulsiva, quæ nos vel ad dicendo vel scribendum impulerit.

4. Ab adjunctis, Reis scilicet vel personarum qualitatibus, itemque circumstantiis loci, temporis, moribus, consuetudine.

5. Ab affectibus, dolore scilicet lætitia gaudulationibus, compunctionibus, & similibus.

Denique 6. à testimonio nimirum vel propter verbo aliquo illustri vel insigni sententia.

7. Fines exordij sunt præcipue tres. Ut auditores 1. Benevolos. 2. Attentos 3. Dociles redamus.

8. Affectiones legitimi exordij sunt tres. Sit 1. breve. 2. modestum. 3. congruum sive præsenti negotio accommodatum.

9. Virtus ejusdem sunt quatuor, Ne sit 1. nimis longum 2. grande & tumidum. 3. vulgatum. 4. Alienum.

**Caput IV**  
**Slinyus**  
**et ceteris.** NARRATIO est, causæ ipsius, auterum ad causam pertinentium, expositio.

10. Affectiones sive virtutes narrationis sunt quinque. Sit 1. brevis. 2. Perspicua. 3. Probabilis. 4. suavis. 5. Methodica.

**Caput V.** 1. PROPOSITIO est, principalis quæstio, quæstiones de qua agendum est.

**et ceteras** 2. Estque vel Explicata, vel implicita.  
**sæc. et ceteris,** 3. Explicata est, quæ expressis & apertis verbis recitatur, ut: stricte agam de hac quæstione: An pestem liceat homini Christiano fugere &  
4. Implicita est, quæ per totum Orationis contextum sparsa, nec nisi integrâ oratione audita cognosci potest.

5. Expli-

5. **Explicita propositio vel est simplex  
vel conjuncta.**

6. **Simplic est, cùm de unica duntaxat re eſt  
quæſtio, ut: An s. Roscius occiderit patrem?**  
**An Deiotarus Cæſari insidias struxerit?**

7. **Conjuncta eſt, cùm de duabus vel plurimis  
rebus quæſtio eſt, ut: An Cælius aurum  
mutuo ſumferit à Clodia, & an Venenum Clodio  
pararit, ne debitum redderet.**

8. **Hæc adhibita partitione, legiūmē in  
ſuas partes diſtribuenda, ejusdemque mem-  
bra enumeranda.**

9. **In propositione obſervanda duo. Ut 1.  
perſpicuè proponatur & diſtribuantur. 2. pa-  
rtes eo ordine, qvo proposita ſunt, tracten-  
tur. Alioquin committeretur uſigeloſyia,  
uſigey πρότερον.**

1. CONFIRMATIO eſt propositonis per <sup>Caput</sup> VI.  
argumenta idonea probatio.

2. Argumenta confirmationis ex locis in- <sup>Kætra</sup> orationis,  
ventionis, pro diversitate negotiorum in  
qualibet genere Causarum tractandorum,  
defumuntur.

3. In diſpositione argumentorum confir-  
mationis 1. argumenta validiora obtineant  
locum primum & ultimum: imbeciliora vero  
medium.

4. Argumentorum vites & pondera ardu-  
fiosè tegantur.

3. Similitudo vitetur. 4. Unum aliquod ar-  
gumentum, quod præcipuum probationis

36 Epitomes Praeceptorum.  
robur conuenit. 5. Obliqua & inflexa argumentationis species adhibeatur.

**Caput VII.** 3. CONFUTATIO est, contrariorum argumentorum solutio.

**Auct. στολὴ.** 2. In confutatione; ea quæ plus momenti ad adversarij sententiam destruendam habere visentur, posteriori loco collocentur. 3. Argumenta contraria ambigua, distinctione refutentur. 4. Falsa & levia, negatione, elevatione, rejectione & ulterioris probationis petitione. 5. Communia; Intorsione, commoda explicatione. 6. Aliena & frivola; irrisione & rejectione. 7. Magna & ponderosa, regestione contraria & digressione.

3. PERORATIO est artificiosa totius Orationis conclusio.

2. Eius conditiones sive affectiones sunt tres.  
1. Repetitione propositionis & Præcipuorum confirmationis argumentorum constet. 3. Affectus in animis auditorum pro materiæ diversitate res linquat. 4. Omnia ejus membra legitime coharent, ne vel excedant vel sint angustiora.

**Caput IX.** GENERA CAUSARUM sunt quatuor:

1. Doctrinale seu Didascalicum. 3. Deliberativum.  
2. Demonstrativum. 4. Iudiciale.

Genus Didascalicum est, quod versatur in docendo, & methodicè quæstionem aliquam explicando.

**Caput X.** Genus demonstrativum est, quod versatur in laudando & viuperando. Laudantur enim & viuperantur. 3. Personæ, ut: Com mendatio

mendatio Josephi, Alexandri, Vituperium Judæ.  
Catilinæ. 2. Facta personarum, ut: Commenda-  
tio facti Davidis prosternentis Goliatum.  
Vituperium facti Lucretiæ se ipsam interficien-  
tis. Res, ut: Commendatio pietatis, eloquentiæ,  
Scholarum, Regionum, Urbium, vituperium e-  
brietatis, scortationis, superbie.

Genus Deliberativum est, quod versatur  
in suadendo, adhortando, & dehortando,  
petendo sive precando, vel deprecando, i-  
temque consolando.

Genus judiciale est, quod in controversiis  
forensibus versatur.

Classes hujus Generis sunt tres: 1.  
Conjecturalis. 2. Legitimus. 3. Judicia-  
lis.

STATUS conjecturalis est, cùm quæritur:  
An sit, ut: An Roscius occiderit patrem.

Status Legitimus est, cùm quæritur: Quid  
sit, sitne sacrilegium, aut furtum appellandum,  
si quis pecuniam prophanam è loco sancto abstue-  
lerit?

Hujus Classis definitivæ species sunt  
quinque: 1. Scripta Sententiæ. 2. Con-  
trariæ Leges, 3. Ambiguum. 4. Ra-  
tiocinatio. 5. Translatio.

Status contrariarum Legum est, cùm duæ  
vel plures leges, tantum controversiam faci-  
unt, ut: Christus Matth. Io. Apostolis dicit: In  
viam gentium ne abieritis. Matth. 28. 29. ait:  
Ite, docete omnes gentes.

Caput  
XL.

Caput  
XII.

**S**tatus Scripti & Sententiae est, cum ex scripto aliquid ambigui aut absurdii oritur, de cuius sententia controvertitur, ut : Job. 2. dicit Christus Iudeis: Solvite Templum hoc, & in tribus diebus extabo illud. Hoc Iudei interpretabantur, de templo Hierosolymitano. Christus, autem dicebat de templo corporis sui.

**S**tatus ambiguus est, cum dictio aliqua plura significans, controversiam parit, ut : Testator moriens legavit taurum Titio : Titus petuit Taurum servum, berus autem vult dare murum animal cornutum, non servum. Hinc oritur status ambiguus in voce taurus.

**S**tatus Ratiocinationis est, cum res, quae non habet propriam legem, judicatur propter similitudinem ex legibus aliis, ut : propter similem rationem judicatur Matricidam esse culleo insuendum. Etiam si de eodem peculiaris Lex non existat.

**S**tatus Translationis est, cum non responsetur ad rem, sed opponitur quæstio aliqua, seu cum reus licet derrectat.

**S**tatus Juridicalis est, qui oritur ex quaestione quale sit factum, jure ne an injuria, ut : An Clodius jure à Milone occisus sit nec né sit.

Estque duplex: **A**bsolutus & **A**ffirmativus.

**A**bsolutus est, cum simpliciter factum alia quod de jure defenditur.

**A**ffirmativus est, cum factum quidem fassimur sed assumpta re externa defendimus :

Sic Eva in Paradiso faretur se comedisse de pos-  
mo vetito, sed deceptam ac impulsam à serpente.

Coxierum Genera dicendi, quibus Orato-  
res pro diversitate rei & inclinationis diver-  
sitate uti solent, tria sunt: Humile, Grande, &  
Medioce.

Humile est, cùm locutione Orationis fa-  
miliari & faciliter in rebus familiaribus utitur:  
(Hoc excellit Terent. Cic. in Epist. O Eros-  
mus in colloquis.)

Grande est, cùm copioso Orationis habitu  
ac ornatu in rebus gravibus utitur. (Hoc exc-  
cellit Livius, quo utitur Cic. in Orationibus Cae-  
tillinariis.)

Medioce est, cùm mediocritate inter Hu-  
mile & Grande dicendi Genus ob-  
servamus. (Hoc excellit  
Ovidius.)

F I N I S.

